

DECOCTA et INFUSA.

DECOCTUM ALBUM.

℞. Cornū cervini calcinati, et præparati P. un-
cias duas,

Gummi Arabici P. drachmas duas.

Aquæ M. libras tres.

COQUE ad libras duas, et cola.

DECOCTUM COMMUNE

pro clystere.

℞. Foliorum siccatorum malvæ P. unciam unam,
Foliorum chamæmeli siccatorum,

Seninum fœniculi dulcis, singulorum P. un-
ciam dimidiam,

Aquæ M. libram unam.

COQUE, et cola.

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Hordei distichi,

Uvarum passarum, granis exemptis,

Caricarum, singulorum P. uncias duas,

Glycyrrhizæ P. unciam dimidiam,

Aquæ M. libras quatuor.

AQUAM cum hordeo primùm coque, dein-
de uvas adde, postremò caricas atque glyzyrr-
hizam paulò ante finem cocturæ, quæ tum de-
mum

num perfecta erit, cum liquoris colati mensura
duarum librarum restet.

AQUA HORDEATA.

℞. Hordei perlati ꝑ. uncias duas,
Aquæ M. libras quatuor.

HORDEUM primò a farinâ adhærente bene
laverur aquâ frigidâ; deinde affusâ aquæ librâ
circiter dimidiâ aliquantulum coquatur; hâc au-
tem aquâ, quæ colorabitur, abjectâ, hordeum
aquæ præscriptæ bullienti adde, & coque ad
partes dimidias.

FOTUS COMMUNIS.

℞. Foliorum abrotani siccatorum,
Summitatum absinthii maritimi siccatarum,
Florum chamæmeli siccatorum, singulorum
ꝑ. unciam unam,
Foliorum lauri siccatorum ꝑ. unciam dimi-
diam,
Aquæ M. libras sex.

LEVITER coque, et cola.

JUS VIPERINUM.

℞. Viperam mediocris magnitudinis, pelle, ca-
pite, & intestinis demptis,
Aquæ M. libras duas.

COQUE ad mensuram circiter sesquilibræ;
remove ab igne, et cum perfrixerit, si vipera
recens sit, aufer pinguedinem concretam.

Deinde

Deinde pullum gallinaceum mediocris magnitudinis exenteratum, cute, adipeque omni detracto, sed indivisum in hoc jus adhuc frigidum immitte; igni impone, ut ebulliat; deinde remove ab igne, exime pullum, & statim carnem ejus in feustula divide; carnes divisas iterum liquori redde, & igni admove; denique, cum primùm ebullire incipit, effundatur, spumâ cautè priùs ablatâ.

MUCILAGO

SEMINUM CYDONIORUM.

℞. Seminum cydoniorum P. drachmam unam,
Aquæ M. uncias sex.

COQUE leni igne, donec aqua ferè instar albuminis ovi lentescat; tum per pannum lineum trajice.

SERUM ALUMINOSUM.

℞. Lactis vaccini M. libram unam,
Aluminis in pulverem redacti P. drachmas duas.

COQUE, ut fiat serum bene a coagulo separandum.

SERUM SCORBUTICUM.

w. Lactis vaccini M. libram unam,
Succorum scorbuticorum, M. uncias quatuor.

COQUE, ut fiat serum bene a coagulo separandum.

INFUSUM AMARUM

simplex.

℞. Radicis gentianæ,

E

Flave-

Flavedinis corticum limonum recentis sedulo
ab albâ interiori corticis parte separatæ,
singulorum ꝑ. unciam dimidiam,

Flavedinis corticum aurantium Hispalen-
sium item ab interiori corticis parte separata
& siccata ꝑ. sesquidrachmam,

Aquæ bullientis M. uncias duodecim.

POST macerationem per horam unam aut al-
teram cola per chartam emporeticam, vel pan-
num sine expressione.

INFUSUM AMARUM

purgans.

℞. Foliorum senæ,

Flavedinis corticum limonum recentis, singu-
lorum ꝑ. drachmas tres,

Radiciſ gentianæ,

Flavedinis corticum aurantium Hispalen-
sium siccata,

Seminum cardamomi minoris decorticatum,
singulorum ꝑ. drachmam dimidiam,

Aquæ bullientis M. uncias quinque.

POST macerationem liquorem frigeſactum
cola.

INFUSUM SENÆ

commune.

℞. Foliorum senæ ꝑ. ſescunciam,

Crystalloſum tartari ꝑ. drachmas tres,

Seminum cardamomi minoris decorticorum
p. drachmas duas,

Aquæ M. libram unam.

CRYSTALLOS tartari in aquâ coquendo sol-
ve; deinde aquam adhuc bullientem reliquis
affunde, &, postquam refrixerit, cola.

INFUSUM SENÆ

limonitatum.

℞. Foliorum senæ p. fescunciam,

Flavedinis corticum limonum recentis p. un-
ciam unam,

Succi limonum M. unciam unam,

Aquæ bullientis M. libram unam.

MACERA, & liquorum frige factum cola.

AQUA CALCIS

simplex.

℞. Calcis vivæ p. libram unam,

Aquæ M. libras duodecim.

AFFUNDE gradatim aquam; post ebullitio-
nem subsidat calx, & liquor per chartam coletur.

AQUA CALCIS

minus composita.

℞. Glycyrrhizæ p. unciam unam,

Corticis cassiæ p. unciam dimidiam,

Aquæ calcis simplicis M. libras sex.

MACERA sine calore per biduum, & cola.

E 2

AQUA

68 DECOCTA et INFUSA.

AQUA CALCIS

magis composita.

- ℞. Ligni guaiaci rasi ꝑ. libram dimidiam,
Glycyrrhizæ ꝑ. unciam unam,
Corticis sassafraꝑ. ꝑ. unciam dimidiam,
Seminum coriandri ꝑ. drachmas tres,
Aquæ calcis simplicis ℞. libras sex.

MACERA ut antea, & cola.

TINCTURA ROSARUM.

- ℞. Rosarum rubratum immaturarum, abjectis
unguibus, ꝑ. unciam dimidiam,
Spiritus vitrioli fortis, olei dicti, ꝑ. scrupulum unum,
Aquæ bullientis ℞. libras duas cum semisse,
Sacchari purissimi ꝑ. fescunciam.

AQUÆ primò admisce vitrioli spiritum in vase vitreo, vel fictili vitreato, et in mixturâ rosas macera; liquorem frige factum cola, & adjice saccharum.

ACETUM SCILLITICUM.

- ℞. Scillarum siccatarum ꝑ. libram unam,
Aceti ℞. libras sex.

MACERA scillas in aceto leni calore; deinde exprime, et sepone, ut fæces subsidant; de-nique aceto defæcato adde Spiritus vini tenuioris duodecimam circiter partem, ut diutius a fæculentiâ conservetur.

AQUA

E

VINA